



**R. P. Maximiliani Sandæi E Societ. Iesv Doct. Theol.  
Paradisvs Amantium, Colentium, Imitantium Christvm  
Crvcifixvm**

**Sandaeus, Maximilianus**

**Coloniae, 1648**

3. Summam astimat gratiam, sumnum beneficium, summum solatium,  
paticipem esse Vulnerum, dolorum, Passionis Dominicæ.
- 
- 

**Nutzungsbedingungen**

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55065](http://urn.nbn.de/hbz:466:1-55065)

## 6 CHRISTVS CRVCIFIXVS

### III.

AMATOR CRVCIFIXI

summam estimat gratiam, summum beneficium, summum solacium, partem esse Vulnerum, dolorum,

30.

Passionis Domini.

S. LYDV-  
VINA.

Angeli  
portantes  
instrumenta  
in Passio-  
nibus.

Christus,  
sanguineus  
cruentus  
spinis co-  
ronatus.

Signis  
Vulnerum ter impressit, impressaque reliquit Dominus.  
Lydvi-  
na donata.

CVM quodam die S. LYDVINA tota in Orationem, & sanctam meditationem PASSIONIS Dominicæ, ac sacratissimorum Vulnerum Redemptoris immersa esset, vidit introeuntem in suum conclave, magnam Angelorum multitudinem supplicantum ritu dispositam, & manibus PASSIONIS instrumenta ferentem. Ponè sequebatur MATER DOLOROSA circumdata choro Cœlicum. Nouissimum agmen cludebat CHRISTUS, totus cruentus & saueius. Totus rubicundus & sanguinolentus, coronatus spineâ Coronâ, & colore affectus quo solent mortui. Ad aspectum tam insitatum obstatuit LYDVINA, interque lætitiae & tristitiae vicissitudines, & insolita mentis lumina, ac amoris flamas, accepit à Domino Cicatricū signa:

Quinque Vulnerum suorum signa luculentia impressa, reliquit Dominus. Sed verita Virgo humillima aspiciens donata.

Liuum

tiū admirationem, & vulgi acersum,  
applausumque, obtinuit à Domino ut  
tantus thetaurus ab humanis oculis  
submoueretur. *Mira res, confessim cutis*  
*texit Vulnera illa, sed dolor atque liuor per-*  
*petuò remansit.* a.

Ex hoc considera, inquit pius contē- *Perfessio*  
plator, b. quod finis, scopus, & perse- *Christia-*  
*etio Christiani est, omnimodè transfor-* ni.  
mari, & transmutati in **CHRISTVM Transfer-**  
**CRUCIFIXVM** participando de eadem *matio in*  
*PASSIONE*, de iisdem *Vulneribus*, & de *Crucifixo*  
eadem *Morte cum CHRISTO*. Maxima ~~exhortatione~~  
gratiarum in hac vita est, iisdem cum  
Christo Clavis fixum in **C R U C E** pen-  
dere.

Quod si te Dominus aliqua tribula-  
tione visitauerit, coniungere Domino &  
sustine. Maximam in gratijs numero,  
potuisse assimilari Deo, eum in **VULNE-**  
**RIBVS**, & **CRUCE** imitando:

a. *Vita 14. April. Ioan. Bruggman. b Alay-*  
*sius Sidereus in Fasciculo Myrrhalib. 1.*  
*consil 9. Vincentius Carrafa.*

## IV.

AMATOR CRUCIFIXI  
caher, ne unquam Crucem ita tradet, ut  
inde aliqua in Christum Crucifixum  
redundare possit ignominia.